

Caesar, de bello Gallico, I,13

1 Hoc proelio facto
2 reliquas copias Helvetiorum ut consequi posset,
3 pontem in Arari faciendum curat atque ita exercitum traducit.
4 Helvetii
5 repentina eius adventu commoti,
6 cum
7 id,
8 quod ipsi diebus XX aegerrime confecerant,
9 ut flumen transirent,
10 illum uno die fecisse
11 intellegerent,
12 legatos ad eum mittunt.
13 Cuius legationis Divico princeps fuit,
14 qui bello Cassiano dux Helvetiorum fuerat.
15 Is ita cum Caesare egit:
16 *Si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret,*
17 *in eam partem ituros atque ibi futuros (esse) Helvetios,*
18 *ubi eos Caesar constituisset atque esse voluisset;*
19 *sin bello persequi perseveraret,*
20 *reminisceretur et veteris incommodi populi Romani*
21 *et pristinae virtutis Helvetiorum.*
22 *Quod improviso unum pagum adortus esset,*
23 *cum ii,*
24 *qui flumen transissent,*
25 *suis auxilium ferre non possent,*
26 *ne ob eam rem aut suae magnopere virtuti tribueret*
 aut ipsos despiceret.

Raum für Notizen

27 *Se ita a patribus maioribusque suis didicisse,*
28 *ut magis virtute quam dolo contenderent*
29 *aut insidiis niterentur.*
30 *Quare ne committeret,*
31 *ut is locus,*
32 *ubi constitissent,*
33 *ex calamitate populi Romani et internecione exercitus*
34 *nomen caperet aut memoriam proderet.*
